Negotio illo, quod fres Prædicatores Provinciæ castellæ, catholicæ doctrinæ retinendæ studio ac zelo commoti agebant in Hispania, advertẽ multa contenta in dictis P. Ludovici Molinæ societatis Jesu, potissimum in libro de concordia grã, et liberi arbitrij, quę veram, sanamq. doctrinam minimè redolere putaverant, ad hanc sanctam sedem devoluto, eiusdem sanctæ sedis Judicium ac definitionem cupiebamus, et expectabamus; quemadmodum in consimilibus, quę apud ipsam tot annos. certe denunciari contigit iudicare ipsa ac definire tanta sui ipsius maiestate tantoq. xpi fidelium fructu consuevit, ut ab ea, quę veritatis est columna, et oium magistra disceremus nos, discerent oẽs, an præfati Molinæ doctrina quippiam reperiretur, quod reijciendũ esset necne.

1 Verumtamen à Smo D. N. huius rei causa coram Illmo D. Card. Madrucio unàcum aliquibus P.P. Societatis convenire iussi, qui discurreretur An una illorum, et nra circa grẽ efficaciam eẽ posset sentª. In pª congregõe quę fuit 22. februarij huius anni 1599. nobis prius semel, et iterum professis non totius Prædicatoriæ familiæ nomine cuius generalis Theria et Theologi alij præcipui tpõis opportunitate concessa, fuissent consulendi sed tamq. theologiæ professores, qui in urbe essemus, congressibus illis interesse adijcientib. et sæpè iterantibus nec nobis nec fribus Provinciæ castellæ (quod hactẽ intelleximus) quicq. nostris negotij esse cũ societate, vel cum eiusdem Patribus, sed cum scriptis dumtaxat nominati Patris Molinæ et cum his, qui ea tueri vellent quatẽ istum ea in re se ipsius defensores gererent. Respondit

Optandum quidem erat, ut tempus, quod scribendis narrationibus et libellis non adeo utilr insumimus, et in disceptationibus de eligenda controversia potius in veritate indaganda, et re ipsa exquirenda utilius insumeremus. Sed quoniam placuit RR. P.P. in libello oblato hactenus gesta quasi historiam texendo invertere con nos, quos de artificijs et fuga congressionis manifeste accusant, cum contra notis omnibus, ac et. actis illud spectaverimus ut sine anfractibus et diverticulis rem ipsam attingentes de eo re vera ageremus, in quo vera controversia est, nempè in quo efficacia gratiæ posita sit, quid ipsa sit, quove à sufficienti distinguatur, deinde tuo ordine à quo sit; Nobis etiam necessarium fuit breviter hoc scripto respondere, quod tñ non ad singula dicere aut oia confutare mens fuit; sed tñ selectis quibusdam capitibus quibus res ipsa compræhendi videbatur modeste et dilucidè ut potuimus satisfacere conati sumus

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
DE

1 Circa primum quod dicunt de censura Molinæ nihil addendũ videtur ad ea quę Illmus Cardinalis Madrucius in congne non semel P.P. ipsis respondit vzt. iam non agi de negotio Molinæ nec congressum hunc, Ideo à Smo Dno esse Judicium censurã huius libri demandatam esse censoribus quando, et quomodo sibi visum fuerit expedire Stem mandaturum quod convenire Judicaret. Sed in hac congregatione illud agendum esse, ut cum appareret quid quoad efficaciam gratiæ utriq. sentiremus ageretur de concordia et ex disputatione appareret, in quibus conveniremus et in quibus dissentiremus, cumq. responderent quod in hoc scripto iterum asserunt nihil nostris negotij ipsis esse cum P.P. Societatis, sed cum scriptis dumtaxat Molinæ, et cum his qui tueri id vellent. Idem Illmus D. respt. negari non posse inter P.P. earundem Religionum verè esse hanc controversiam quod ex his S. sanctitatis ad tribunal Inquisitionis Hispaniæ et Nuntium aplicum datis satis constat, nec ipsi ignorant oẽm cathci.

P. P. Prædicatores

Ill.mus Cardinalis Madrutius S. D. N. voluntatem eo spectare, ut videretur, An inter Pres Societatis, et nos aliqua in his, quæ controversa videbantur esse posset consensio: scire proinde eundem Sanct.mum quid de Molinæ doctrina facto opus esset, iamq. negotium ipsius, vel absolutum vel prope diem absolvendum.

Quibus addebat R.mus P. Generalis nec se, nec Patres illos nos Molinam in omnibus tuendu suscipere, multa enim in illo legi, quæ nec ipsis placerent, Cumq. multa hinc inde circa hæc dicerentur, fine cong.ni imposito spes aliqua elucere videbatur, ut breviter vel constare posset, quid consensionis, quidve dissensionis inter utramq. partem versaretur. &

2°. In dicta sequenti congregatione 5.a quadragesimæ Dominica ultima cuiusd. Febru. die coram eod. Ill.mo his quæ in priori dixeramus tunc et à nobis repetitis quæ proinde toto huius tract.nis tenendi tamq. notissima haberentur, obtulimus, quasdam propositiones quæ de grã efficaciæ mat.am oio absolvebant quibus sanè Pres Societatis dicerent, An eas ut suas oio vel partim vel nullatenus agnoscerent. Ita enim facile nobis suadebamus pium S. D. N. animi voti compotem futurum cum circa ea quæ positivum controverterentur, statim videre esset

P. P. Societatis

Regis iussu S. Maiestatis egisse cum Sanct.mo ut ad tollendum scandala, quæ in Hispania oriebantur, et maiora timeri poterant S. Stas remedium adhiberet.

Ad id q. dicitur P. Generalem societatis dixisse, nec se nec nostri oibus Molinam tuendum suscipere verissimu est. Cum enim manifestissime appareret oem conatum illorum P.P.um eo tendere ut de Molinæ tantum propositionibus ageretur et urgerent nos an eam doctrinam tamq. societatis reciperemus, vel non respueremus. Responsum est aliam esse controversiam, nec nos velle tamq. Religionis aut præcipuorum Doctorum doctrinam defendere oes modos loquendi, et illationes Molinæ sed ubi inter nos constitisset de pnti controversia foret facile appareret in quibus Molina à coeteroru doctrina discederet quod aut ad controversiam inter Bannes et Molinam spectat diversa est, et inter particulares Doctores, nec ea tollitur contritio, quæ ad controversiam gnalem pertinent de qua nunc agitur, et ut nos parati sumus quicquid iudicabitur non bene dictu esse à Molina corrigere, ita speramus nihil in illo reperiri quod sanæ doctrinæ repugnet et quod non facile possit ab iis, quæ adversus illum obiiciuntur vindicari.

2°. Ad 2m quod dicunt de illis propositionibus, quæ absolvebant ut ipsi dicunt omnino mat.am de efficacia gratiæ breviter respondere: Alterum illas propones non modo non absolvere totam materiam de efficacia grãe sed ne attingere quidem difficultatem, quæ præcipue est controversa 2m illas propositiones ferè exceptas esse ex censuris ipsorum P.P. contra Molinam et eos id agere ut tandem res tota devolveretur ad quæstiones Molinæ, quod alienum erat à mente Sanct.mi et in dicta congregatione. Proinde non ut negotium produceretur, sed ut compendio quam citissimè

P.P. Prædicatores

An conveniremus nec ne cum PP.es Societatis videbitur facillime, et expeditissime, namque ne utiq. dare voluerunt vel us sententiam suam, nunquam aperientes, quod illis studium perpetuum hac in re hactenus fuisse, res ipsa docere videtur negotium longius fortasse produceretur, sed occulta aliqua ratione moti aliqua proponere moliebantur, quae penitus efficaciae gratiae minime attingebant. quare longa concer=tatione de methodo procedendi habita, re infecta terminata fuit congregatio.

3º. Deinceps die 19 martij rursus vocati coram Ill.mis DD. Cardinalibus Madrucio, Asculano, et Bellarmino his duobus a S. D. N. conju=ctis eidem Ill.mo Madrucio adiunctis, agentibus ipsis Ill.mis ut convenientior adhiberetur modus quo voti compos S.mus fieret videretur. An concordes in praefata materia esse possemus si quidem sent.am nostram requirebat Cont.l

P.P. Societatis

absolveretur questiones extraneas et a nostro negotio alienas devitandas arbitrabamur.

Quod autem optaverimus semper ut ad rem propius accedentes penitus difficultatis de efficacia gratiae examinaremus, non multis verbis opus est, cum omnia gesta sint coram Ill.mo Madrucio, nec tantum verbis, sed scriptis et rebus ipsis voluntatem nostram et desiderium rem perficiendi ostenderimus. Novit Ill.mus quid voce diximus optare nos, ut PP. Dominicani aperirent suam sententiam, sicut et nos fecimus, et facimus sed multis modis declinabant, nunc quidem asserentes non posse se explicare sent.am Religionis quia essent consulendi Doctores variarum provinciarum, nunc se se imparatos, nec posse de omnibus ex tempore respondere. nunc similiter nos non esse controversiam et tandem aperte dixere se nolle suam sententiam aperire, non enim velle ut ex auctoribus deficerent, nec permittere ut examinarentur. Haec autem coram omnibus gesta sunt ipso Ill.mo Praeside quae cum ita sint non est difficile iudicare quis subterfugiat suam sent.am aperire, meminerit etiam Ill.mus Madrucius, nec ipsi ut opinamur id negabunt cum ageretur de methodo tractandi PP. Societatis id proposuisse videri expeditissimam rationem fore si utraque pars brevi scripto comprehenderet dividende, et sine citationibus aut rationibus suam sent.am deinde separatim contrariam sententiam quam improbabant 3º rationes quibus contraria minime probarent. Solum Ill.mo placuisset in sequenti congregatione tria haec scripta detulimus et cum PP. Praedicatores idem facere pluribus difficultatibus detrectarent nos promptissime illa Ill.mo exhi=buimus, Addentes tamen et orantes ne illis darentur nisi si sua exhibere recusarent.

3º. quod vero saepius inculcant PP.es se evocatos ut consultores vocentur quidem ita si placet, modo tamen de sua non de aliena sent.a quaestio sit; nam cum Sanct.mus velit ut videamus in quibus consentiamus et dissentiamus ut inter nos possit esse consensio hoc fieri non potest nisi propria opinio proferatur. Sed caverunt id diligenter, ne dici sint, vel examinentur nos autem facile nostram sententiam proferimus ut illa

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

PP. Praedicatores

et reti consultores in hoc negotio vocabat, Respondimus nos, quod ubi tanta Molinae non agebatur qualecumque obsequium omnem summo ipsi Pontifici exhiberi, cum huic operae praesto essemus, quaestiones ab ipsis Ill.mis proponendas postulavimus quibus libenter respondissemus, leguntur interim non nullae quaestiones, quas vix considerantes cum ex multiplici capite non ab ipsis Ill.mis sed a Patribus Societatis formatas dignosceremus illis responsum dare abnuimus, cum ea proponere quae definienda essent non ad ipsos Patres sed ad Cardinales Ill.mos attineat.

4.° Cum itaq. Ill.mus Madrutius octo Propones ex Apologia frum Praedicatorum Prov.ae Castellae sapientissime excerpsisset in quibus primaria punctum de gratia efficaci ac divina praedestinatione contineri videbat. Nos nec verbo quidem mutato, sed ipsis formam propositionum referentibus in quaestionum modum eius d. Ill.mi attente dumtaxat redactis, ut nos eramus responsuri, ita expectabamus Patres quoq. Societatis responsuros tamq. quaestionibus ab Ill.mo Madrutio propositis. Ipsis vero non respondentibus, sed suas quasdam quaestiones in medium adferentibus, tandem demandatum illis fuit, ut quid de quaestionibus illis sentirent enunciarent. Quo facto cum eorum verba varium possent admittere sensum nos, ut quid demum resolute sentirent aliquando innotesceret. Ita enim debitam S.mo obedientiam et operam huic rei

PP. Societatis

examinetur et rationibus, atq. auctoritatibus agatur ut constet quid verius sit magisq. conformius, sacrisq. conciliis et doctrinae SS. Patrum.

Quod vero dicunt quaestiones non nullas propositas formatas a nobis ac proinde se respondere noluisse cum ea proponere quae definienda essent non ad PP. sed ad Cardles attineat. Respondemus nos, ut qui celeritatem et brevem ac pacificam expeditionem intendebamus proposuisse illas quaestiones quibus si responderetur facile de re tota iudicium fieri potuisset paratos ut semper diximus idem praestare respondentes quaestionibus quas ipsi proponere voluissent. Neq. hoc mirum videri debet, Nam cum agatur ut id constet in quo sit difficultas et controversia inter nos id non potius ab aliis, quam ab ipsis partibus proponi; ab ipsis tamen Ill.mis propositae fuerunt tamq. de quibus esset incipienda disputatio sed reiectae fuerunt a PP. Dominicanis hoc nomine ut ipsi aperte dixerunt quia nimis stricte rem attingebant quod an sit hominum, qui rem proprius attingere velint Ill.mi uti prudentes iudicabunt.

4.° Est aut. verum quod dicunt primum nos propositionibus illis non respondisse, sed non respondendi ea tamen et quidem iusta causa fuit quod deinceps non videbatur cogi nos illorum propositionibus respondere nisi ipsi etiam responderent nostris quae ad rem ipsam proprius accedebant quare postea pollicit sunt se deinde iis, quae a nobis proponebantur satisfacturos, quibus eorum propositionibus cumulate satisfecimus

Variis aut. sensibus quos in suis responsionibus distinxerunt necessarium non duximus tempore respondere. Tum quia satis per se ipsae clarae erant responsiones nostrae et satis apparebat quem sensum facerent. Tum quia non deerat ratio suspicandi tot ubique circumq.

mitti

PP. Praedicatores

expeditionem parari videbamus, statim duplicis illorum verborum sensum aperuimus et altero repudiato alteri adherentes, sperabamus cito fore ut quem ipsi eligerent dignosceremus, Aliter ipsis alio spectantibus visum est, hac scilicet et illac circuire libere quid sentiant nullatenus enunciare efficaciam quoad totam a Deo nunquam negemus factam. Ista demum a nobis ultro utrinque scriptionibus traditis in d. congregatione Dominica ante Domini Ascensionem 16 maij cum eis inter alias Illmus Madrutius circa iam oblata quaesita delegisset propositiones in quibus minime constabat, Anceps inter nos consentio, efficaciam ex parte Dei tota se tenente adhuc non stabilita totis pedibus transivere ipsi ad difficultatem de modo eiusdem efficaciae a quo etiam longius citissime abeuntes ad praedeterminationem Dei respectu nostrae voluntatis ac de eiusdem voluntatis sub tali praedeterminatione libertate latissimus trium horarum sermo hinc inde habitus est. In quo tamen nec verbo quidem quid de his quae discutiebantur ipsi aperire volentibus ea una mens id unum consilij propositum erat, ut a nobis aliquid vel ineptum extorquere possent, Quamobrem cum excessivus partis sensum ab Illmo certum haberent, iniunxere ut utriusque sententiam nostram circa ea praecipue quae tunc fuere agitata, sincere scriptis tradere-mus, quid multa? nos ut parerat per tres propositiones quid circa efficaciam quoad quid circa eiusdem modum, quid circa liberae voluntatis nostrae praedeterminationem eiusdemque voluntatis determinationem ac plenam in his libertatem sentiremus. Manifestissime aperuimus. Patres vero Societatis, ut nunquam sciri possit, quid sentiant non sensum tuis

PP. Societatis

mistae interrogationes ac responsiones eo spectare ut res longius differretur. Satius ergo duximus ab Illmo Madrutio petere et instanter fecimus ut congregatio quam primum haberetur in qua facilius ac melius quid utrinque dubium esset aperiretur ut praecisis plurimis, quae nimis remota et omnino superflua videbantur, statim ad rem ipsam veniretur ex quo appareret utrumne esset nobis alia mens, quam ut quam primum res tota peregeretur. Illmus Madrutius iussit nos scribere rationes quas ad hoc afferebamus, scripsimus, probavit Congregationem indixit, tres ad nos propositiones misit ut in ea Congregatione constari possit in quibus circa illas conveniremus et dissentiremus, quid vero in ea Congregatione actum sit diximus superius 6°.

Quod vero aiunt minus recte fuisse d. Illmi Madrutii utrique parti praecepisse, ut ea proponeret in quibus praeteriretur esse discrepantiam cum solum manifestari demandaverit quid utraque pars sentiret. Respondetur primo revera Illmum id dixisse quamvis forte id Religiosi Patres non intellexerint sed quamvis id non dixisset expresse appareret tamen ad finem consequendum propter quem utriusque partis sententia exigebatur id necessarium fuisse certe enim non ob aliud id requirebatur nisi ut examinaretur in quo conveniremus aut dissentiremus quo posset tandem et difficultas examinari et optata concordia obtineri nec id bonis Patribus grave esse debet cum eodem scripto diximus ut idem ipsi circa nostra praestarent quod nos circa ipsorum, quo nihil aequius proponi potuit.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

R.R. P.P. Prædicatores

sed quod non multa plerique (ut putant Patres Prædicatores) affirmant in quinque propositionibus dederint. Hoc autem quid ad mentem Ill.mi D.D. Cardinalis quod factum est ut re cognita impositum eis fuerit ut quid sentirent manifestare deberent quod cum facerent seu facere pararent prohemium permittunt in quo nimis acute dicunt Ill.mum Madrucium utrique parti præcepisse ut ea proponeret in quibus putaretur esse discrepantiam tamen solum quid utraque pars sentiret manifestari demandaverit ut a nobis superius dicebatur ea propter cum eiusdem Ill.mi mandatum semper factum fuerit acceperint ex quo deinceps illarum notas utentes quod prius asseruerant non inconsulto allegata suadere laborent id gratis ab ipsis factum non obscure dignoscitur

Dicunt profecto se ex libris scriptis et thesibus in Hispania et Romæ editis quinque illas collegisse propositiones quibus cupiunt nos responsum dare, at profecto fortasse tenemus nostrum, quod fratrum quisque prædicatorum legat, scribat, dicat et literarijs congressibus exponatur et quando id profiteremur, quid hæc faciunt ad rem, de qua modo agitur si cupiunt sententiam nostram An non eam clarius diversis manifestavimus? quorsum igitur aliunde ex scriptis libris thesibus inquirentur. quod tamen facientes non nostram sed aliorum mentem indagant, quod utique mirum est ex rem agere illi siquidem plerique ita ab ipsis existimat. Patres prædicatores rationem pro se ipsis reddent, si quando eos vocari contingerit qui enim ut S.mi D.N. morem gerimus actibus istis ut consultores intervenimus, omnes fortasse ab ipsis examinandi.

R.R. P.P. Societatis

Sed tamen incommodum, et alienum a subiecto negotio improbant, Nos aliquot propositiones a thesibus scriptis theologorum aliquot illius Religionis exceptas proposuisse, ac si inquiunt profitemur nos tueri, quod fratrum quisque Prædicatorum legat, scribat, dicat et litterarijs congressibus exponat et quando id profiteremur quid faciunt hæc ad rem de qua modo agitur Revere.mus multum per omnem modum fratrumque quidquid agitur est hoc nihil ad rem de qua modo agitur quatenus vero aliud agatur quam ut inter theologos Hispanos ordinis Prædicatorum et Societatis nostræ de proposita controversia et appareat dissentio exerceretur conventus et certe qui hoc infirmaret totam S.mi iussionem Ill.morum Cardinalium diligentiam eorumque præmissa deludunt everterat. quorsum enim isti conventus? quorsum disputationes? Si P.P. isti qui Romæ sunt nolunt examinari doctrinam suorum theologorum in Hispania cum quibus tamen esse controversiam est probatum est apertissime et in Hispania plerique notum. quod si est ut manifesta est quorum theses vel quorum scripta adducenda erant nisi eorum, cum quibus erat controversia.

sed

PP. Prædicatores

A Mirari quoque satis non possumus in eo quod abs ipsis se de eadem ratione ad eas propositiones responsuros nos quae fuerint ipsis tamquam sua proposite cum nos in 2.a Congregatione quasdam propositiones exhibuissemus scriptis PP. Societatis, Molinae praecipue excerptas et quas publice iidem Societatis Patres defensaverint quae negotii summam de quo agitur plenissime absolvebant obtulissemus summo studio cum ipsis agentes ut dicerent An tamquam suas vel omnino vel aliqua ex parte cognoscerent An contra reijcerent vere intelligentes nullam faciliorem expeditionemque adesse viam (quod modo et ipsi fatentur) qua optatum cito a S.mo finem assequeremur, qui tamen id omnino tunc recusantes nobis constantissime adversati fuere. Ipsis dicentes Pacem quam ipsi ex se erat S.mo obedientes tanto tempore cupiebant, hac via minime adfutura.

5.o At vero totum conatus studia industria totam eo tendere credimus, ut vendicent Molinae cuius se partes agere a principio negarent cuiusque nomen ad tempus silent ad extremitia si possit defendant. Iam enim ipsorum unus in postrema illa Congregatione sub die 16 maij dixit post rationem aliquarum discussionem se ad Molinam se parata [illegible] laboraturos. Itaque cum multis [illegible] causa in pratica tractari dicatur vendicatur cernere demum sit, quod via PP. Societatis [illegible] Molinae defendendi causa egisse, sed quid hic ad nos? qui nullius modo cum agimus, qui nullum impugnamus, sed tantummodo ut consultores ab Ill.mis nomine S.mi vocati quid in hac materia sentiamus ingenue sincere et libere dicimus.

6.o Iam vero cum nos et propositionibus illis tribus circa quas Congressum interim habendum demandaverat Ill.mus Card. Madrucius [illegible]

PP. Societatis

sed videlicet id agunt, ut perstent in illa prima definitione nullam esse controversiam inter nos se nescire quid sentiant Theologi sue Religionis et tam plurima quae hominum sunt declinantium et conatus S.mi [illegible] quod inter irritos et inanes reddentium quod si id admittatur quod dicunt ut illi Theologi et Praedicatores qui ista dicunt reddant pro se rationem quid frustra conveneremus? Ceterum quod dicunt se satis mirari non posse dum ostenderimus responsuros nos propositionibus ab ipsis PP. proponendis cumque tres cum iis quas proposuerunt in 2.a Congregatione respondere recusaverimus. Iam supra responsum est cum diximus illas omnes propositiones excerptas esse ex sententia contra Molinam nec de hoc utilem esse quaestionem, quia verissimum erat quod et ipsi referunt pacem, quae inter nos optabatur hac via minime adfuturam quibus tamen postea respondimus

5.o Illud vero quod humiliter ac bona cum venia tantorum PP. dictum volumus non potest non grave videri quod de intentione agatur ubi dicunt gravissimis verbis nostros conatus studia industriam totam eo tendere ut Molinam defendamus, cuius defendendi si ea fuisset mens expeditissima erat via, si propositionibus ab ipsis propositis responderemus, easque tueremur quare cum de iis agere noluissemus id potius agebamus ut contra omissis disceptationibus de Molina rem ipsam de qua erat controversia attingeremus.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

6.o Postremo quod dicunt se cumulate satisfecisse ceteris tribus propositionibus circa quas Congressum habendum Ill.mus demandavit et insuper de quibus tunc voce-

PP. Praedicatores

de quibus tunc noveremus alterum fuit, cuius lem
Ill.mi mandato cumulate satisfecerimus.
Patres vero Societatis quinque huius ultimis
propositionibus non plene explicuerint.
An tota gr[ati]ae efficacia a Deo veniat
an potius partim etiam pendeat a lib.o arb.o
tamquam a causa ipsius efficiente in quo praeci=
pue huius negotii partem semper consistere
diximus, quid circa hoc et ex factis duas
propones sentiant illis dicendum videtur.

PP. Societatis

temus autem fuit. Hoc certe non appareat quomodo
fieri potuerit.
Postquam enim coram Ill.mis convenimus de prima
propositione disputari coeptum est. Et quoniam
circa illam quaedam scripseramus, in quibus putaba=
mus eos a nobis non dissensuros legimus et obtuli=
mus describendas v.g. dari auxilium efficax
praeveniens supernaturale intrinsecum tenens se non solum
ex parte obiecti, sed etiam ex parte potentiae distinctum
a sufficienti: quibus auditis, Adm. P. Generalis
S. Dom.ci, ut inquit, Molina haec omnia concessis=
set. Nihil plane habuerunt Patres nostri in istis
quod in ea reprehenderent: quod ultro dabat
nos libenter accepimus. Respondimusque gaudere
nos nihil contra Molinam illos habituros, si ostende=
remus, quod suo loco facillimum erit, omnes illas propo=
sitiones desertis verbis a Molina concedi.
Deinde ulterius progressa est disputatio, quae eo spectabat
ut eliceretur quid tandem illud esset, quo auxilium
efficax differret a sufficienti. Et quamvis PP. Dominicani
nihil interrogabant, illud propositum; verum ratio
auxilii efficacis consisteret in physica praedetermi=
natione voluntatis ut haud dubie credimus. Dum huic
propositioni respondent, tres fere horae elabuntur, nec
tamen ex eorum dictis quicquam certe colligi potuit, in
quo vel a nobis differrent, vel inter se convenirent.
Non enim omnes videbantur velle admittere physicam
hanc praedeterminationem et eorum qui eam admitte=
bant unus affirmabat ea tolli aliquam indifferentiam,
alius negabat. Nobis autem propositum non erat illis
interrogationibus, aut eos examinare, aut contra eorum
dicta argumentari, sed solum ex eorum verbis sensum
aliquem colligere ac certo aliquid statuere de quo
deinde disputare possemus. Quare cum in iis, quae
ad primam eorum propositionem pertinebant, quae erat
circa, an sit, et quid sit gratia efficax, ipsi inter
se non convenirent, progredi non potuimus ad reliquas
propositiones discutiendas, in quibus agebatur de
causa

P.P. Prædicatores

P.P. Societatis

causa efficaciae, an esset tota à Deo, necne. quod si toto Congregationis tempore nihil de gratia efficaci, in quo sita sit à nobis percontari voluerunt, non est profecto cur conquerantur, nos nihil illis respondisse; et cum ipsimet consenserint, ut disputaretur, an efficacia quae posita sit in praedeterminatione et ratione illius distinguatur ab auxiliorum sufficientia, cur dicunt nos totis pedibus transivisse ad difficultatem de modo efficaciae, et ab eo longius citissime abeuntes ad praedeterminationem confugisse, cum tamen ut dicimus est cum consensu de ea agi coeptum sit, tamquam de difficultate à re ipsa nata et aptissima ad distinguendum auxilium efficax à sufficienti. quod autem addunt cum nobis unam mentem, et unum consilii propositum fuisse, ut ab illis aliquid vel rapiendi extorquere possemus, qua ratione dici possit non videmus, si quidem non una, aut altera propositio illis excidit, quae merito notari potuisset. P. G. ad motionem gratiae efficacis voluntatem se habere passive, sed libere et aliae nihil hac meliores, quas tamen omnes nos non animadvertimus ac libere transire passi sumus.

Putamus autem querelis ad efficaciam gratiae et respectum ad liberum arbitrium nos satis dilucide respondisse, cum scripto responderemus 4.ae propositioni ex octo propositis in qua diximus auxilium gratiae praevenientis esse efficacia potissimum à Deo [illegible], minus vero praecipue ex respectu ad liberum arbitrium, quem gratia et voluntati congrua comprehendit; quod si aliquid amplius declarari desiderant, petant et libentissime faciemus quod illis faciendum esset circa praedeterminationem physicam an in ea posita sit efficacia gratiae, in qua est tota Controversia. Nam plures aliae quaestiones vel ad rem non pertinent, vel ab hac una dependent, ita ut hac constituta facile coeterae omnes expedientur. Haec autem sunt omnia artificia, nostraeque motiones, quibus per circuitus, et anfractus cupimus subterfugere sed viarum sathanae astutiae non essent haec in re magis omnibus pertimescendae, is enim, ut gravis

Haec dixisse voluimus ne nobismet ipsis deesse videremur quippe quibus sincere incidentibus et tamquam consultoribus una obedientia ducis sententiam PP. magistri dicentibus melius q. causam agentibus aliquid unquam detrimenti acciderit cum multa artificiositate adeo à PP.bus nobis fieri cernamus.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

P. P. Societatis

Inimicus, dissentionum, et scandalorum Author, et
Seminator id unum molitur, ut cum Eccl.ae de-
trimento et Haereticorum gaudio inter has duas
Religiones contentiones, aemulationes perseverent
utrinq. specie doctrinae et sic scandala oriantur
Cuius conatibus obsistit ut ~~[illegible]~~ nos cooperemur
curat enim ut quasi exasperatis animis, vel
ex desperatione consequendae unionis vel ex
amaritudine dictorum et timore maioris dissen=
tionis res tota dissolvatur et eo delabamur
tandem ut Bannes Molinam, Molina Banes,
et ceteri ceteros carpant et accusent. quod
an sit ex mente S.mi et pro Dei gloria prudentia
Ill.morum facile videret. Nos certe pro bono pacis
cum veritas indagatur, nec rei dici, nec exami-
nari refugimus scientes Ap.lum dixisse paratos
nos semper esse debere ad satisfactionem omni poscenti
nos rationem de ea, quae nobis est fide, et
si quid minus clare hactenus diximus quod non
speramus. Iterum et saepius voce, et scripto expli-
care ut ad rem citius veniamus. Modo si-
mul curramus ad veritatem investigandam
ad gloriam et laudem S.ti Spiritus, qui est Spus
veritatis et pacis.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

memorial de los p.es domini-
cos, y la Respuesta nra